



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

Quod Indulgentiæ prosint viuis. cap. 27.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

Quinimo etiam in mortali existentes, mortuis indulgentias lucrari possunt, quia precium quod pro pœnis illorum soluitur, non est opus peccatoris, sed thesaurus meritorum Christi, & Sanctorum, & opus per quod indulgentia applicatur, sit nomine Ecclesiæ.

*Quod indulgentia profint Viuis*  
Cap. 27,

**V**iuis profuit indulgentiæ per modum absolutionis, & potestatis iuridicæ, quã habet Papa in viuos. Oportet autem \* primo quod cõsecuturi indulgentias sint in statu gratiæ, saltem in vltima die, qua communicant. \* Secundò necesse est, quod causa sit pia, propter quam indulgentia cõceditur. \* Tertio requiritur opus particulare per quod ea singulis applicetur & sine quo ea non obtinetur, vt verbi gr. oratio, elec-

mosina ieiunium. Cum verò indulgentia habetur eam dari confessis & contritis, per se necessarium est tunc confiteri, si eodema anno confessio præcesserit, sed satis est contritio, cū proposito cōfiteđi suo tēpore. In Iubilæis quando cōceditur facultas absoluendi à reservatione alicuius peccati reservati sine culpa obliuiscitur, post Iubilæum à quouis proprio cōfessario absolui poterit.

*De causa indulgentiarum, & valore. Cap. 28.*

**A**drianus, & Caietanus asserunt magnas indulgentias pro paruis causis esse. Alii dicunt earum valorem causæ proportionari. Sed dicendū videtur \* primo illum male agere, qui pro causaleui magnas cōcedit indulgentias.